



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118642**

§. 7. Aquavivæ Cardinalis decessus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](#)

tulo sancti Joannis ante Portam Latianam, & postea Legatus a Latere apud Hispaniæ Regem nominabatur: inde vero Romam redux mutato Ecclesiæ suæ titulo illum de Ara Cæli assumpsit, necnon Anno a partu Virginis millesimo quingentesimo sexagesimo octavo suum Episcopatum ultro dimisit, postquam Collegium, ubi juventus familiæ Cribellinæ literis institueretur, in urbe ædificavit: tandem sub Gregorio XIII. cuius, uti etiam Pii V. antecessoris comitiis interfuerat, die vigesima secunda Decembris anno Salutis millesimo quingentesimo septuagesimo quarto ætatis sexagesimo tertio, seu sexagesimo sexto, e vita abiit, & in Ecclesia sui tituli conditus est.

## §. VII.

*Aquavivæ Cardinalis deceffus.*

Denique quartus erat Julius Aquaviva Arragonensis ex illustri Neapolitani Regni stirpe in plurimos ramos diffusa ortus, nam ex Gioræ Comitum, & Atriæ Ducum genere descendit, fuitque natu minor Joannis Hieronymi Aquavivæ Arragonii, ac Atriæ Ducis, & Margaritæ Piæ filius, qui meritis suis, ob quorum famam Pio V. probe erat notus, hujus Pontificis gratiam promeruit, atque ab eodem utriusque

*Ciacon.**pag. 1061.**Gabut. in**vita Pii V.*

ut

**Sæcul. XVI** ut vocant, Signaturæ Referendarius  
A.C. 1574. fuit renuntiatus, et si vix vigesimum  
 ætatis suæ annum attigisset: postea le-  
 gatione ad Philippum II. Hispaniæ Re-  
 gem decoratus sacræ jurisdictionis jura  
 conservare, eaque violenter a regis  
 Ministris Mediolani violata tueri ju-  
 bebatur, quo munere digne functus  
 annos natus viginti quatuor a Pio V.  
 Cardinalium Collegio adscriptus est  
 obtento titulo sancti Callisti, quo paulo  
 post mutato titulum sancti Theodori  
 adoptavit, Cardinalium Diaconorum  
 numero accensitus. Hic idem quoque  
 unacum aliis a Pio V. ad æternam glo-  
 riam evolaturo accersitus fuit, ejus-  
 que morti interfuit, ab eodem piis ad-  
 monitionibus firmatus: præterea Julius  
 suffragium suum in comitiis Pontificiis  
 Gregorio XIII. dederat, tandem vero  
 die Mercurii duodecimas calendas Au-  
 gusti obiit anno sui Cardinalatus qua-  
 sto, qui erat a Nativitate Christi mille-  
 simus quingentesimus septuagesimus  
 quartus, illius vero ætatis non nisi vigesimus  
 octavus: porro corpus ejus in Eccle-  
 sia Lateranensi sepultum fuit. Hujus Car-  
 dinalis germani fratres fuere sex, ni-  
 mirum. I. Octavius Aquaviva a Gre-  
 gorio XIV. Cardinalis creatus anni  
 millesimo quingentesimo nonagesimo  
 primo. II. Horatius insignis Theologus

Ordini

Ordinis Cisterciensis Monachus, & Sæcul. XVI.  
 Episcopus Cajacensis. III. Rudolphus, A.C. 1574.  
 qui nuntio rebus humanis remisso, totum se Deo in Societate Jesu consecravit, & sanguinem pro Christi fide in Indiis fudit: IV. Antonius, qui Militum Venetorum Tribunus in Corcyrae Insula e vita migravit: V. Adrianus, qui Comitum Conversanorum, & No-  
*ciorum stirpem propagabat: VI. Alber-*  
*tus ceterorum natu minimus Atriæ*  
*Dux, qui Beatricem Lannoyam Sul-*  
*monis Principis Filiam duxerat.*

### §. VIII.

#### *Antonii Muchii, seu Democharis fata.*

Inter Scriptores Ecclesiasticos, quibus *La Croix*  
 hoc anno mors calamum excussit, *du Maine*  
 præprimis numeratur Antonius Mu-*Bibl. Franc.*  
*chius Ressonie Bellovacensis Diæcesis*  
*pago Compendium inter, & Raugam*  
*sito natus. Is Parisiis percurso studio-*  
*rum curriculo Anno Christi millesimo*  
*quingentesimo trigesimo secundo in Uni-*  
*versitate Professor, ac septimo post an-*  
*no illius Rector creatus est: postea au-*  
*tem Doctoratus laurea in Facultate*  
*Theologica decoratus in Novidunensi*  
*Ecclesia Metropolitana Canonicatum*  
*obtinuit: cum vero Lotharingii Cardi-*  
*nalis benevolentiam sibi captaret, ab*

*Hist. Eccles. Tom. XLIX. Q eodem*